ac manifestum reddidit.
6. 6. طَحَّاهَا a طَحَّاهُ expandit, complana-
vit.
8. 8. فَالْهَمَّاهَا a لَهْمٍ una vice inglutivit, in 4^a
conj. clandestino instinctu do-
cuit.
10. 10. دَسَّاهَا دَسَّ abscondidit, abdidit *rem sub*
alia.
14. 15. قَدَّمَهُمْ دَمَّاهُمْ perdidit *eos*, exitium *in eos*
immisit *Deus*.

SURA 92^a.

Mar. Hinck.

11. 11. تَرَدَّى a رَدَّى delapsus fuit, periit, in 5^a
conj. cecidit *in infernum*.

14. 14. تَلَّظِيَّ a لَظِيَّ arsit, flammam emisit,
ignis, in 5^a conj. idem.

SURA 93^a.

Mar. Hinck.

2. 2. سَجَا tenebrosa fuit *no.π.*
3. 3. قَلَّا frixit, odio habuit.
10. 10. تَنَهَّر a نَهَّر inclamavit, increpuit.

SURA 94^a.

Mar. Hinck.

3. 3. اَنْقَضَ a نَقَضَ dissolvit *compagem*, in 4^a
conj. gravavit et attrivit *dor-*
sum sarcina.
7. 7. فَرَّغَتْ a فَرَّغَ vacavit *rei*, ad finem per-
duxit, absolvit *rem.*
فَانَصَّبَ a نَصَّبَ fixit, elevavit, extulit can-
tum, modulatus fuit.

8. 8. فَارْتَبَّ ا a رَتَبَ voluit, supplicavit, obtestatus fuit.

SURA 95^a.

Mar. Hinck.

1. 1. وَالزَّيْتُونَ وَزَيْتُونٌ coll. زيتونة τὸν oliva, a زَات addidit *cibo* oleum.

SURA 96^a.

Mar. Hinck.

18. 18. الزَّبَانِيَةَ زَبَانِيَةٌ coll. زَبَانٍ τὸν daemon seu angelus infernalis, a زَبَنَ vehementer duriterque trusit.

SURA 99^a.

Mar. Hinck.

6. 6. يَصْدُرُ a صَدَرَ processit, profectus fuit.

S U R A 100^o.

Mar. Hinck.

1. 1. عَادِيَاتٍ وَالْعَادِيَاتِ pedites, *vel* equites, curren-
 tes ante cæteros ad pug-
 nam, coll. τὸν⁵ عَادِيَةً ab عَادَا præ-
 terivit.

ضَبَحًا a ضَبَحَ spirando sonum emisit
equus in rapido cursu.

2. 2. مَوْرِبَاتٍ فَالْمَوْرِبَاتِ equi celeri cursu suo ig-
 nem ex silicibus excutientes, a
 وَرِي ignem scintillasve emisit
ignitabulum.

قَدَحًا a قَدَحَ extudit igniario *ignem*,
etiam equus ex silicibus.

3. 3. مَغِيرَةٍ فَالْمَغِيرَاتِ equitatus in hostile solum
 diripiendi ergo excurrens, a
 غَارَ excurrit *in hostem* diri-
 piendo.

Alc.

4. 4. فَاثْرَانِ ab أَثْرَانِ excitavit, concitavit.
 نَقَعَا pulvis elatus, a نَقَعٍ elatus fuit
pulvis.
5. 5. فَوَسَطْنَ a وَسَطٍ in medio *hominum* fuit,
 penetravit in medium *eorum.*
6. 6. لَكِنُّودٌ لَكِنُّودٌ injurius in Deum, rebellis, a
 كَنَّدٍ ingratus fuit.

SURA 101².

Mar. Hinck.

1. 1. الْقَارِعَاتِ الْقَارِعَاتِ adversitas, malum, dies
 judicii, a قَرَعَ pulsavit *fores.*
4. 4. كَالْعِهْنِ كَالْعِهْنِ lana diversicolor, ab عَهْنٍ
 exaruit *ramus palmæ.*
- الْمَنْغُوشِ a نَغَشٍ evulsit carpsitve *lanam.*
6. 6. هَابِطَةً هَابِطَةً barathrum, orcus, infernus, ab
 هَوِيٍّ decidit, ruit, periit.

SURA 102'.

Mar. Hinck.

1. 1. ^{لُـلُـو}الهِكْمَ a لَهَّـا lusit, tempus fefellit, in 4'
conj. occupavit *aliquem res*.
2. ^{وـوـو}زرتَم a زَارَ visitavit, adiit honoris ergo.

SURA 103'.

Mar. Hinck.

1. 1. ^{وـوـو}والعَصْرِ ^{وـوـو}عَصْرَ tempus pomeridianum, a
declinatione solis ad occasum,
ab ^{وـوـو}عَصْرَ pressit *uras*.

SURA 104'.

Mar. Hinck.

4. 4. ^{وـوـو}لِيَنْبِذَنَّ a نَبَذَ projecit e manu *rem*, ab-
jecit, rejecit.

5. 5. حَطْمَةٌ حَطْمَةٌ ignis vehementior, infernus, ab حَطْمَ fregit.
9. 9. مَمْدُودَةٌ a مَدَّ extendit, in 2^a conj. protulit, protendit.

SURA 105^a.

Mar. Hinck.

1. 1. الْفِيلِ فِيلٌ elephas, a فَاةٌ plene adulta fuit *planta*.
3. 3. أَبَائِبٍ catervatim, جُ coll. آيِبٌ agmen camelorum, ab أَبٌ cameli.
5. 5. كَعَصَبٍ عَصَبٌ herba seu folia segetis, ab عَصَفٌ resecurit *segetem* nondum maturam.

SURA 106¹.

Mar. Hinck.

2. 2. رَحَلَةً ۝ رَحَلَ profectio, migratio, a رَحَلَ
 profectus fuit, discessit.

وَالصَّيْفِ ۝ صَيْفٌ aestas, a صَافٍ aestiva ha-
 buit.

SURA 107².

Mar. Hinck.

7. 7. الْمَاعُونَ ۝ مَاعُونٌ utensile omne domus, pars
 opum quæ Deo sacra solvi-
 tur, a مَعَنَ fluere sivit vel di-
 misit *aquam*.

SURA 108³.

Mar. Hinck.

2. 2. وَأَنحَرَ ۝ أَنحَرَ a نَحَرَ jugulavit *pecus*, inter pre-

SURA 112¹.

Mar. Hinck.

2. 2. ^صصِدِّ ^صصِدِّ perpetuus, permanens, sublimis, a ^صصَدَّ contendit *ad aliquem*.

SURA 113¹.

Mar, Hinck.

1. 1. ^صصَلَّتِ ^صصَلَّتِ fissura, aurora, a ^صصَلَّتِ fidit, perrupit *aurora*.
3. 3. ^صصَامَتِ ^صصَامَتِ luna, tenebrae, a ^صصَامَتِ caligavit *oculus*, ^صصَامَتِ tenebricosa fuit *nox*.
- ^صصَابَتْ ^صصَابَتْ subivit *eclypsin luna*, ^صصَابَتْ ^صصَابَتْ *supervererunt tenebrae*.

4. 4. نَفَّاتٌ النَّفَّاتِ inflans in nexos nodos mu-

lier, a نَفَّتْ inflavit.

العَدِّ العَدِّ coll. عَدَّةٌ عَدَّةٌ nodus, nexus

magicus, ab عَدَّ nodavit,
nexit.

PRÆFATIO AD INDICES.

ACCIPAT Lector benevolus hos, licet numero pauci sint, indices aliquot Surarum. Et primo quidem mens fuerat auctoris, duos tantum aut tres Surarum indices operi suo annectere, quum existimaret, fore ut hoc modo meliorem, quam per disceptationem tritâ formâ compositam, Alcorani notitiam, utcumque desperandum est de spiritu ejus et dictione, Lectori impertiret. Eos tamen multiplices auxit, interque decimæ sextæ et decimæ septimæ Surarum indices præcipuo annumerare curavit, quippe quæ totius Alcorani quoddam quasi compendium habeantur, et rationes, quibus omnibus e molestiis et difficultatibus, quas ei fungenti suo prædicatoris officio auditores objecerant, Mahumetus se expedierit, enarrant. Hos igitur quotiescumque indices, memoriam totidem Surarum renovandi causâ, decurrat Lector, eos ipsi plurimum oblectamenti et doctrinæ præbituros esse, persuasum sibi habet auctor.

SURA 2^a.

Hic est liber veræ directionis, de quo non est dubitandum. 7. de pectoribus infidelium, quæ Deus sigillo clausit. 15. Deus infideles contemptui dabit. 22. de non uscribendo Deo similitudinem.

Alc.

24

23. Mahumetus ad infideles de Sura provocat, ut Suram ei consimilem afferant. 24. Gehenna portio est infidelium. 25. fidelium Paradisus. 30. Adami creatio. 33. Adamus omnibus animalibus nomen imponit. 38. ejicitur e Paradiso. 40. historia filiorum Israelis. 50. submersio familiæ Pharaonis. 56. de resurrectione. 58. pergit historia filiorum Israelis. 68. juvencæ ad sacrificium descriptio, Suræ titulum imponentis. 79. Mahumetus Judæos accusat scripturæ depravatæ. 87. Jesus mittitur miraculis et spiritu sancto corroboratus. Judæi Prophetas mendacii insimulant et occidunt. 97. Alcoranus demittitur per Angelum Gabrielem. 106. de versibus abrogatis. 110. de prece et eleemosynâ. 116. ibi est Dei facies, ubi homines inter precandum se convertunt. Deus est orientis et occidentis. 117. absit quod Deus sibi prolem susceperit. 118. quum Deus quid jubet dicit, Esto. 119. Mahumetus Arabibus qui signum petunt respondet, infideles id prius quævisse. 120. Mahumetus Paradisi faustus nuncius. 125. de Abrahæ tentatione et historiâ. 144. Moslemi gens media. 146. de vertendo faciem ad Meccæ delubrum. 161. Deo et hominibus execrationi erunt illi, qui veram directionem abscondunt. 165. Deus unus est, nec ullus præter eum. 178. veræ justitiæ et fidei descriptio. 179. lex talionis. 184. fidelibus scribitur jejunium. 186. mensis Ramadan, in quo Alcoranus e cælo demissus est, tempus jejunii habendus per diem, per noctem convivio celebrandus. 191. fidelibus, si lacesantur, præliandi venia conceditur. 197. de peregrinatione ad Meccæ templum. 198. pietas pro optimo victu in peregrinatione habenda est. 199. de mercaturâ per viam exercendâ. 203. de Dei cultu per dies statutos. 204. Mahumeto adversarius existit. 217. præliandi per sacrum mensem, si lacesantur, rursus conceditur licentia. Gehenna portio est apostatis. 222. de connubio. 228. de divortio. 240. de ratione, quâ et eques et pedes hostem adoriatur. 244. Deus

potens est et interficere et e mortuis excitare. 245. de præliando in viâ Dei. 248. de Saulo, Goliatho, et Davide. 254. de legatorum gradibus, inter quos princeps est Jesus Mariæ filius, quem Deus spiritu sancto corroboravit. 256. magnifica Dei descriptio. 257. religio vi et armis non est propaganda. 259. fides Abrahæ in Deo, qui interficit et e mortuis excitat. 261. ei resurrectionis testimonium datur. 262. de parabolis. 274. pauperibus, qui religionis causâ dimicant, dandæ sunt eleemosynæ. 275. iis qui facultates suas in viâ Dei erogant, erit merces. 276. de usurâ. 283. de debitis, et de legibus quæ ad debitorem pertinent. 287. nulli animæ majus onus imponendum, quam quod ferre queat.

SURA 3^a.

Mirabilis Dei descriptio. 3. Alcoranus confirmat Pentateuchum et Evangelium. 9. Dominus in die resurrectionis omnes homines congregabit, quippe qui promisso suo non adversatur. 12. infideles qui pugnant contra Deum vincentur, et in Gehennam deturbabuntur. 13. de pugnæ miraculo, in quâ infideles fidelium agmina duplo majora viderunt. 15. nil melius Paradiso hominibus offerri potest. 26. Deus dat regnum cuicumque vult, idemque cui vult aufert. 27. magnifica Dei descriptio. 32. præceptum est fidelibus, ut pareant Deo et Mahumeto. 35. historia Mariæ filie Zechariæ et matris Jesu Christi. 48. Jesus imbutus est Alcorano, et sapientiâ, et Pentateucho, et Evangelio, et missus quasi legatus ad filios Israelis. 51. Apostoli fuerunt Jesu adjutores, et Moslemi. 54. Deus pollicetur Jesum a Judæis sibi arripere. 60. dira execratio in infideles. 66. Abrahæ nec Judæus nec Christianus fuit, sed Orthodoxus, Moslemus.

79. de non accipiendo angelos et prophetas in dominos. 84. illorum pœnitentiâ non accipietur, qui ullam aliam religionem præter Eslam sequuntur. 86. in eos erit et Dei, et angelorum, et hominum execratio. 89. Apostatarum pœnitentia non accipietur. 92. de eleemosyna quæ danda est ex eo quod diligitur. 95. de sequendo religionem Abrahæ, Orthodoxi. 96. de Beccâ quæ fuit adorationis prima domus. est locus in quo Abrahæ stetit. illuc peregrinatio facienda est. 103. fideles, quum hostes essent, reconciliati sunt. 106. fidelibus alba facies erit, at infidelibus nigra in die resurrectionis. 110. Arabes pro optimâ gente habendi sunt. 118. fidelibus illicitum est se conjungere amicitîâ cum extraneis. 123. de victoriâ Bedrensi. 129. Deus parcit cuicumque, et punit quemcumque vult. 130. de non comedendo usuram. 133. Paradisus in latitudine æquat cœlos et terram. 139. de non concipiendo timorem ob infideles. 140. Deus suis fugam immisit, ut martyres cognosceret. 145. nemo morti succumbit, nisi prius scriptum sit in libro Dei. 146. prophetæ nunquam desponderunt animos ob pugnam inæqualem. 157. de precibus Moslemorum fugam accipientium; de argumentis, quibus usus est Mahumetus, ut suos animo fractos ad pugnam denuo excitaret. 170. de non reputando eos, qui pugnantes occubuerunt, tanquam mortuos, sed vivos esse apud Deum. 178. Apostatæ non nocebunt Deo quidquam. iis erit pœna discrucians. 191. multa sunt signa divinæ potentiae in creatione cœlorum et terræ, et varietate noctis et diei. 192. qui recordantur Dei, aut stantes, aut sedentes, aut recumbentes super latera, liberabuntur a supplicio ignis. 196. nec masculus nec fœmina amittet suum præmium in die resurrectionis. Deus expiabit omnia mala ab iis, qui ejecti sunt e domibus suis, et illi qui occisi sunt pugnantes in viâ Dei introducentur in hortos.

SURA 4.

2. De orphanorum praesidio. 3. de potestate ducendi quatuor uxores. 6. de dividendo proprias haereditatis portiones tum viris tum mulieribus. 12. quicumque has leges haereditatis servavit, intrabit in Paradisum. 18. de non tradendo invitas mulieres patrimonio auctas. 20. de gradibus consanguinitatis inter quos spondere non licet. 25.27. Deus leges suas de conjugio quam maxime humanae infirmitati accommodat. 35. quaedam praecipua honesta. 37. de non erogando facultates in eleemosynam ob aspectum hominum. 39. Deus neminem ad formiculae pondus injuste tractabit. 42. ne ad preces se recipiant, dum ebrii sunt. 46. Deus non dabit veniam illis, qui ei socium apponunt. 50. Deus maledicit Judaeis, qui se Mahumeto opponunt. 57. obedientia praebenda est Deo, et Legato ejus, et iis qui magistratum gerunt. 72. qui in praelio morti succumbunt, largam praemii retributionem accipient. 76. hujus vitae comparatio valde modica, ut insequentis optima erit iis qui timent Deum. 79. eorum qui tergiversantur Mahumetus non est custos. 80. taedet Mahumetum, quod cum plerique eum praesentem confiteantur, iidem absentem obtrectant. 88. suis praecipit, ut eos qui tergiversantur occidant. 92. de legibus quae spectant ad fidelis homicidium per errorem, aut per malevolentiam. 93. ne habeant fideles infidelium loco, eo fine ut eos spolient. apud Deum est spolium opimum. 94. qui praeliantur in via Dei potiores sunt iis qui domi manent. 103. suis praecipit, ne segnes sint in perquirenda gente infideli, ut eam debellent. 108. nemini disceptare licebit pro infidelibus in die resurrectionis.

114. apostatæ conjicientur urendi in Gehennam. 123. et vir et mulier quæ facit bonum intrabit in Paradisum. 126. præcepta de orphanis. 128. fieri nequit, ut vir juste agat inter suas uxores. 132. Deus, si voluerit, perire faciet infideles, et alios in locum eorum subducet. 139. ne fideles cum infidelibus amicitiam se conjungant. 140. Deus infidelibus non dabit viam contra fideles. 141. Deus impios decipiet, quum eum decipere quærunt. 144. hypocritæ in Gehennam detrudentur. 149. de non capiendo mediam viam in religione. 152. Scripturales postulant a Mahumeto, ut librum demitti faciat e cœlo. Judæi petierunt a Moyse, ut ostenderet Deum manifeste. 156. de Jesu Christo Mariæ filio, quem Judæi non ipsum crucifixerunt, sed imaginem ipsius. 158. Scripturales ante mortem credent in Jesum. 159. nulla res bona promittitur Judæis propter ipsorum iniquitatem. 162. Deus Mahumeto revelavit se, sicut Noacho et prophetis. 165. Angeli testes erunt contra infideles, quod Deus Alcoranum demisit. 169. Jesus fuit Dei legatus, et verbum ejus. Deus unus est, non tres. absit ut illi sit filius. 175. de dividendo hæreditatis portiones masculis et fœminis.

SURA 5^a.

De iis quæ licita sunt inter peregrinationem sacram ad Meccæ templum. 4. de victu interdicto. 7. de purificatione ante preces. 13. de pacto quod Deus iniit cum filiis Israelis. 14. de maledictione quâ Deus maledixit iis, qui pactum suum infregerunt. 17. de luce et de libro quem Deus demisit, ut homines in viam rectam dirigat. 20. de Deo, qui et in cœlo et in terrâ omnia quæ vult creat. 25. de ingressu in terram sanctam. 33. de

historiâ duorum filiorum Adami. 39. de abscissione manuum et pedum eorum, qui contra Mahumetum pugnant. 47. Mahumeto non est concipere animo mœrorem propter eos qui ad infidelitatem se convertunt. 53. pœna talionis; anima pro animâ, oculus pro oculo. 54. Jesus Mariæ filius venit confirmatum id quod prius traditum fuerat. 56. Omnibus gentibus, si voluisset Deus, unam religionem dedisset. 59. Judæi nec Christiani assumendi in societatem. 62. Non decet Mahumetum se angere propter illos qui eum deseruerunt. 66. ne adseiscantur in socios, qui quam ad preces vocantur, religionem ludibrio habent. 73. Judæis dicentibus Dei manum ligatam esse, Mahumetus respondet: "Ligentur manus vestræ, et maledicamini, ob id quod dixistis." 76. de annunciando ea omnia quæ a Deo demissa sunt. 77. Scripturales sine ullo fundamine stant, donec in Deum Mahumeti credant. 79. Judæi legatos mendacii insinularunt. 81. Paradisus interdictus iis, qui socium Deo apponunt. 82. Deus non est tertius trium, sed Deus unicus. 84. Christus Mariæ filius non fuit nisi legatus. 91. Judæi vitio, Christiani laudi dantur. 97. fidelibus præceptum est, ut ea omnia pro victu habeant, quæ licita sunt. 98. juramentum inconsiderate dictum expiatur, aut cibando decem pauperes, aut vestiendo eos, aut liberando unum e fidelibus a captivitate, aut jejuniis trium dierum. 99. vini et aleæ, et sagittarum, quibus utebantur Arabes ad divinandum, abominatio. 103. venatio interdicta per peregrinationem sacram. 104. expiatio ejus. 106. de Caabâ. 108. de Mahumeto, quem oportet officio prædicatoris fungi. 109. bonum et malum non sunt æqualia. 115. de testibus ad testamentum obfirmandum. 119. de Jesu Mariæ filio, quem Deus spiritu sanctitatis corroboravit; et de miraculis ejus. 121. de tabulæ e cœlo descensu, ut sit in diem sanctum; ab eâ deducitur Suræ titulus. 125. Jesus Mariæ filius inducitur, quasi in die judicii dicens, "Ne me et matrem meam in duos Divos accipiatis."

SURA 6^a.

Meta vitæ præfinita est omnibus. 12. de congregatione omnium hominum ad diem resurrectionis. 14. Mahumetus primus Moslemorum, ab associantibus remotus. 19. profitetur se esse immunem a delicto ascribendi Deo socium. 24. infideles aiunt Alcoranum non esse nisi commenta futilia priorum. 26. in die resurrectionis humillime orabunt, ut sibi in mundum regredi concedatur. 28. iidem negant resurrectionem. 31. hæc veritas est lusus atque jocus. 39. nullus alius deus præter Deum invocandus est in die iudicii. 42. de obduratione eorum quos Deus viam suam calamitatibus immissis docet. 49. Mahumetus se nec magnatem nec angelum profitetur. 50. nullus intercessor erit improbis in die resurrectionis. 58. apud Deum sunt claves arcani, et omnia sunt scripta in libro manifesto. 60. Angelus Mortis omnes ut fato fungantur cogit. 64. variis modis signa Dei hominibus proponuntur. 66. tempus præfinitum est omni prædictioni. 67. fidelibus præceptum est ut ab infidelibus recedant, quum de Dei signis disceptant. 71. de non invocando deum, qui nobis nec prosit, nec noceat. 73. Deus est qui creavit cælum et terram, et quando dicit, "Esto," erit. 74. Dei regnum erit in eo die, quum tuba clangorem edat. 75. de Abrahæ conversione a Sabaismo ad Deum verum. 92. Judæi injus vocantur de abscondendis iis, quæ circa Mahumetum præscripta erant. 93. Alcoranus benedictus confirmat, quod antea revelatum fuerat; quem Deus ad Mahumetum demisit, ut Meccæ et in partibus ejus eum prædicaret. 94. nemo iniquior est, quam qui comminiscitur, se revelationem a Deo accepisse. 96. de signis

potentiæ divinæ. 101. infideles filios et filias et genios quasi in divinitate conjunctos Deo ascribunt. 108. Mahumetus suis interdicat, ne associantes contumeliose tractent. 109. Meccanis jurantibus, se, si miraculum viderint, credituros, Mahumetus respondet, eos credere non posse, nisi Deus velit. 114. Mahumetus Judæos inducit quasi testes Alcorani e cœlo demissi. 118. de cibo licito. 122. parabola de mortuo. 125. Deus dilatat pectus fidelium ad fidem Eslamicam, at infidelium pectus claudit. 130. signa Dei tum ad genios tum ad homines pertinent; dies judicii ambobus subeundus est; testificabuntur infideles eo die contra seipsos. 132. de gradibus mercedis. 136. dolose agunt Meccani erga Deum in portionibus. 140. associantes idolis filios suos sacrificant. 151. non occidendi filii ob timorem paupertatis. 152. ne, spoliandæ facultates orphanorum. 153. de sequendo viam rectam. 155. de Alcorano benedicto. 159. prohibetur, ne fiant sectarii. 163. Mahumetus in vitâ et in morte seipsum Deo dicat. 165. nullus in Dominum accipiendus præter Deum.

SURA 7.

11. Adami creatio. Deus angelos jubet, ut Eum adorent. Eblis unus Angelorum recusat; ejicitur a Paradiso; insanit contra Deum et homines, quos a viâ rectâ seducere minatur. 20. Adamus et uxor in Paradiso collocantur. 25. inde ejiciuntur. 27. pietas amictus est optimus. 28. 31. de Satana qui factus est præses infidelium. 35. de metâ præfixâ omnibus gentibus. 38. infideles testes erunt contra animas suas in die resurrectionis. 45. clamabit præco, "Maledictio Dei sit super iniquos." 47. de muro qui Paradisum a Gehenna sepa-

rat. 51. de gustu aquæ, quem Gehennæ incolæ a Paradisi habitatoribus petent. 53. Alcoranus est liber misericordiæ et veræ directionis. 54. expectatur interpretatio libri. 55. de variis operibus creationis. 58. parabola de mortuorum resurrectione. 60. missio Noachi ad gentem suam. 66. missio Hud ad populum Aad. 74. missio Saleh ad populum Themud. 81. de Lotho et uxore ejus, quæ pœnæ succubuit. 86. missio Scioaib ad populum Madian. 95. nulla est gens ad quam Deus miserit legatos, quin eam, rejectis iis, calamitatibus humiliaverit. 104. missio Moysis ad Pharaonem, et historia ejus. 164. Sabbati violatores in simias abactas transformati. 171. Judæi, si in Pentateucho et in precibus permaneant, munera pietatis accipient. 176. historia cujusdam improbi. 177. ejus similitudo est canis. 179. quem Deus dirigat, ille dirigetur. 180. permulti geniorum et hominum, quorum obdurantur corda, ad Gehennam creantur. 181. pulcherrima Dei nomina. 187. diei ultimæ scientia apud Deum est. 188. Mahumetus non est nisi comminator et evangelizator. 195. Deus Mahumeti, et omnium qui recte agunt, patronus. 202. Mahumetus, quum versum e cœlo non acceperit, et ideo ludibrio habitus fuerit, respondet irrisoribus, "Equidem sequor id quod mihi revelatur a Domino meo." 203. attente audiendus Alcoranus, dum legitur. 206. angeli eum laudant et adorant.

SURA 16^a.

De Dei imperio et sui ipsius vindicatione a sociis diis. 2. Deus angelos descendere faciet cum spiritu super quem voluerit de servis suis, eum esse Deum et non alium prædicare. 4. homo

qui est Dei opus palam disceptat de resurrectione. 5. 17. de variis creationis operibus quæ hominum usui serviunt et quæ Dei potestatis signa sunt. 18. Dei beneficia numerari nequeunt. 22. Deus unus est. 24. cum rogatur quid Deus ad Mahumetum demiserit, infideles respondent, "Nihil nisi figmenta priorum." 27. in die resurrectionis confusio erit in infideles. 28. de angelis mortis. 32. angeli mortis pacem piis annunciabunt. 38. resurrectionis promissio est vera. 41. qui patriâ emigrabunt Dei causâ felices erunt. 43. Deus viros misit legatos et non angelos. 48. 49. quod est in cœlis et in terrâ Deum adorat. 51. Deus infidelibus præcipit ut non accipiant Deos duos, quippe Deus est unus. 52. ut non timeant alium præter Deum. 57. ut non tribuant Deo filias, et sibi ipsis filios. 58. Arabibus interdicitur filias morti tradere ob paupertatis timorem. 61. Deus differt omnes ad terminum præfixum. 64. Deus librum super Mahumetum demisit ut homines in unâ eâdemque formâ religionis, cum discordes essent, compingeret. 65. terræ vivificatio post mortem, id est, post arefactionem pluviam immissâ, signum est resurrectionis. 71. alii aliis excellunt in opibus. 74. nulla similitudo attribuenda est Deo. 77. apud Deum est arcanum cœlorum et terræ. horæ extremæ negotium erit sicut oculi ictus, vel ipsum erit celerius. 81. Deus complet beneficentiam suam erga homines ut Moslemi fiant. 82. quod si homines tergiversati fuerint, Mahumetum tamen Deus excusatum habebit quia ad illum tantummodo spectavit Annunciatio. 88. qui alios a Dei viâ excluserint, ipsis Deus augebit pœnam super pœnam. 89. Deus die iudicii in omni gente, ex animabus mortuorum, testem contra seipsam suscitabit. Mahumetus erit testis contra Arabes. Alcoranus declaratio est omnis rei Moslemis, et directio. 91. de Dei pacto complendo, et de juramento non infringendo. 93. si Deus voluisset omnes gentes unius religionis fecisset; sed

errare facit quem vult, et dirigit quem vult. hominibus rationem reddere de eo quod operati fuerint necesse erit. 97. qui fecerit rectum, sive sit masculus, seu foemina, mercedem amplam accipiet. 98. Mahumeto præcipitur, cum Alcoranum recitet, ad Dei auxilium se recipere, ut Deus eum a Satana lapidato custodiat. 101. de versuum Alcorani abrogatione et subrogatione. 103. Mahumetus ostendit neminem e barbaris ei auxilium suppeditasse ad Alcoranum confingendum, quia is in linguâ clarâ Arabicâ scriptus est. 108. Deus cor, auditum, et oculos infidelium sigillo clausit. 111. In die resurrectionis anima animæ satisfaciet pro eo quod operata fuerit. 115. de victu prohibito. 120. Abraha fuit orthodoxus et non ex associantibus. 121. 123. Deus Mahumetum elegit et direxit in viam rectam, et per inspirationem in religionem Abrahæ. 127. de patientiâ; et ut Mahumetus se non contristet, propter quod infideles dolose moliantur. 128. Deus erit cum illis qui ipsum tuerint et qui fuerint beneficientes.

SURA 17^a.

Laus Deo, qui servum suum Mahumetum noctu a templo Meccæ ad templum Ierosolymitanum transtulit. 2. Moysi dedit Deus librum legis, ad directionem filiis Israel. 9. 10. Alcoranus dirigit ad viam rectam, et annunciat mercedem amplam fidelibus qui operantur recte, et iis qui non credunt in alteram vitam poenam diseruciantem. 11. precatur homo sibi malum pro bono. 12. dies et nox sunt signa Dei potentiæ. 13. 14. in die resurrectionis singulis dabitur liber ad sua opera computanda. 15. qui directus fuerit sibi ipsi directus erit, et qui erraverit, errabit contra seipsum; neque anima portabit pondus alte-

rius. 21. ut alii excellunt super alios in hâc mundanâ vitâ, ita altera vita major erit gradibus et excellentiâ. 23. 25. de beneficiâ erga parentes et alios. 31. prolis occisio ob paupertatis timorem est grande peccatum; Deus omnibus providebit. 32. mœchæ appropinquare mala est via. 33. de legibus occisionis. 34. de pupillorum præsidio. 42. si essent cum Deo dii alii, pugnarent contra illum de throno. 44. laudant Deum cœli septem, et terra; et nulla est res quæ non laudat Deum. 45. 46. inter Mahumetum cum Alcoranum legat, et inter eos qui non credunt in alteram vitam, ut non intelligant, Deus ponit velamen oclusum. 48. iniqui dicunt fidelibus, "Vos non sequimini nisi hominem amentem." 50. 51. questiones de resurrectione. 53. Satanas est hominibus hostis manifestus. 55. alios prophetarum Deus excellere fecit super alios, et Davidi dedit librum psalmorum. 60. prophetæ cum miraculis non mittuntur nisi ad terrorem incutiendum. 65. Satanas hominibus promittit nihil nisi fallaciam. 66. Deus est sufficiens procurator contra illum. 71. de beneficiis quibus Deus ornavit Adami filios. 75. nisi Deus Mahumetum robore confirmasset, ad infideles inclinavisset. 77. Mahumetus prope a Judæis e Medinæ terrâ ejicitur. 79. insistere orationi a declinatione solis ad noctis tenebras, et lectioni Alcorani in aurorâ, quippe angeli testes sunt lectionis in aurorâ. 80. pars noctis in Alcorano legendo evigilanda est. 83. demittitur Alcoranus quasi medela fidelibus. 86. spiritus est ex iis rebus quarum scientia spectat ad Deum. 89. Mahumetus provocat ad homines et genios ut librum Alcorano similem faciant. Alcoranus est vera instructio ex omni similitudine. 91. 95. de variis miraculis a Mahumeto petitis in confirmationem legationis suæ. Mahumetus respondet, "Numquid sum ego nisi homo legatus, ideoque ad miracula ineptus." 96. Deus angelum e cœlo legatum mitteret, si angeli in terrâ ambularent. 99. homines post mortem

resuscitandi sunt novâ creatione. 102. potestatem Deus dedit Moysi patrandi novem miracula. 104. de Pharaone submerso. 106. Mahumetus felicitatis annunciator et supplicii comminator. 109. Deo sunt nomina pulcherrima. Alcoranus mediâ voce legendus est. 110. laus Deo, qui non suscepit prolem, neque illi fuit particeps in regno.

SURA 18^a.

In libro quem Deus demisit nihil est pravum. 4. Deus non suscepit prolem. 5. Mahumetus introducit quasi seipsum enecans ob animi tristitiam, si homines in Alcoranum non credant. 8. de cane Al Rakim et speluncæ habitatoribus, qui ad eam religionis causâ ob timorem infidelium confugerunt. illorum historia est pro miraculo dignissimo; extenditur ad versum vicesimum quartum. 30. gutta aquæ erit iniquis in Gehennâ sicut æs liquidum. 33. 46. proponuntur duæ parabolæ quæ ad vitæ mundanæ comparisonem cum alterâ spectant. 51. de Adamo et Eblis. 55. de varietate quæ est in Alcorano ex omni similitudine. 57. infideles Alcoranum in jocum accipiunt. 62. historia Moysis et Josue. 63. de piscis fabellâ. 84. de pariete, et de thesauris sub pariete. 85. Bicornis, id est Alexandri, commemoratio. 94. De Jajuge et Majuge. illorum historia extenditur ad versum centesimum. 100. in die resurrectionis insufflatur in tubam, et mortui congregabuntur. 109. si esset mare atramentum, deficeret antequam verba Dei deficiant. 110. Deus unus est.

SURA 19^a.

Commemoratio misericordiæ Domini erga servum suum Zachariam. ejusdem historia ad versum decimum sextum. pax super eum die quâ natus est, et die quâ morietur, et die quâ resuscitabitur vivus. 16. de Mariæ historiâ, e quâ titulus Suræ ducitur. 19. Angelus Gabriel ad Mariam venit et promittit puerum. 21. puer ponitur in miraculum hominibus. Mariæ historia extenditur ad versum tricesimum tertium. 33. absit Deo ut illi sit filius. quando decreverit aliquam rem, dicit ei "Esto," et erit. 38. commemoratio Abrahamæ historiæ. 43. Abraha rejicit patrios Deos. 46. separat se a patre et a diis quos pater coluit. 48. de Moyse. 50. de Aarone. 51. de Ismaele. 53. 54. de Edris, id est Enoch, quem Deus elevavit in locum sublimem. 57. de Paradiso. 65. de Gehennâ. 76. de quodam infideli. 86. infidelibus nullus erit intercessor. 89. parum abest quin cæli diffundantur, et terra discindatur, et montes corruant, propter eos qui dicunt "Deus suscipit prolem." 92. 94. nullus improbus est qui non veniet ad Deum die resurrectionis omnibus rebus destitutus.

SURA 20^a.

Deus non demisit Alcoranum ut Mahumetus esset infelix propter hominum infidelitatem. 7. Deus scit omne quod est

secretum. 8. Deo sunt nomina pulcherrima. 9. Moysis et Aaronis apud Pharaonem historia. extenditur ad versum 97. 100. dies resurrectionis erit dies hebetudinis oculorum. 103. interrogatio de montibus, num in pulverem redigentur. 106. die resurrectionis homines sequentur Angelum Asraphel, qui vocabit ad iudicium; in cã omnium voces humiles erunt coram miseratore: nihil audietur nisi sonitus pedum. 107. in die resurrectionis nemini proderit intercessio, nisi cui bona annuerit miserator. 108. Deus scit id quod est præteritum, et quod erit futurum. 109. omnes humiliabuntur coram Deo vivente et subsistente. 111. 112. exaltetur Deus propter Alcoranum Arabice scriptum. 113. 114. de Adamo: de Eblis. 121. Adamum et Evam e Paradiso ejectos Deus consolatur his verbis, “ Veniet ad vos a me directio.” 128. nisi Deus se prohibuisset a nimiã severitate in puniendo Meccanos, perdidisset eos. 129. Deus celebrandus est ante ortum solis, et ante occasum ejus, et in noctis horis, et in extremitatibus diei. 130. vitæ mundanæ felicitas non appetenda est; tentatio est quã Deus homines probat. proventus Dei in Paradiso erit melior et permanentior. 131. Mahumetus familiæ suæ orationem præcipit et perseverantiam in eã. Deus ea quæ sunt ad vitam necessaria Mahumeto providebit. 132. infideles Mahumeto credere recusant, nisi cum miraculis veniat.

SURA 21^a.

5. De Alcorano, quem infideles dicunt esse congeriem confusam somniorum. 6. Mahumetus se de culpâ liberat quod miracula non confecerit. 11. de urbibus improbis quas Deus destruxit.

16. Deus non creavit cœlum et terram per jocum. 22. si dii essent præter Deum, ambo corrumperentur, laus Deo Domino throni, sed procul absit quod de Deo infideles prædicant. 30. Gehenna est retributio iis omnibus qui dicunt, deus est præter Eum. 34. Deus est qui creavit noctem, et diem, et solem, et lunam. 35. Deus nemini posuit æternitatem in hoc mundo ante Mahumetum. 36. omnis anima gustatura est mortem. 37. infideles Mahumetum cum joco accipiunt. 38. creatus est homo nimis festinus. 41. repente in derisores veniet dies judicii. 44. non sunt dii qui suos defendere non possunt, et qui seipsos adjuvare non possunt. 48. in die resurrectionis Deus ponet stateras justas, et nulla anima tractabitur injuste in re ullâ. 51. Alcoranus est commonitio benedicta. 52. de Abrahæ historiâ, et de patriis diis. 74. 75. de Lotho. 76. de Noacho: de Davide, et de Salomone. 89. de Zacharia, patre Joannis Baptistæ. 91. de Mariâ Virgine, cujus filium Deus posuit in miraculum omnibus sæculis. 92. gens Moslemorum est una. 95. anathema erit super omnem urbem quam Deus perdidit. 98. In die resurrectionis Meccani, et id quod colunt præter Deum, erunt quasi lignum Gehennæ. 100. in ea erit ejulatus. 101. quibus prædestinatus est Paradisus, ipsi a Gehennâ elongandi sunt; in Paradiso perpetuò moraturi sunt. 103. ipsis angeli gratulabuntur, dicentes, "Hæc est dies quæ vobis promittebatur." 104. cœlum plicabitur quemadmodum solet plicare angelus Segel libros. 105. servi Dei probi hæreditabunt terram. 106. Alcoranus bona annunciat iis qui colunt Deum. 107. Deus misit Mahumetum ad misericordiam omnibus creaturis. 112. Deus implorandus est in auxilium contra id quod mendaciter infideles de ipso prædicant.

SURA 22^a.

Commotio horæ, id est dici iudicii, erit res magna. 3. 4. de quodam contra Deum disputatore, qui diriget omnes qui eum in patronum elegerint ad tormentum Tartari. 5. 6. parabola de resurrectione. 7. in horâ extremâ Deus mortuos resuscitabit e sepulchro. 12. infideles invocabunt præter Deum quod illis nec prosit nec noceat. infideles dicunt quod Deus Mahumetum non adjuvabit. 16. Alcoranus scatet signis Dei potentiaë. 18. omnia Deum adorant. 27. de domo orationis quam Abraha purificavit. 28. Moslemis edicitur peregrinatio, adeo ut veniant ad Mahumetum ex omni longinquo itinere pedestres, et equitantes super camelos. e peregrinatione dicitur Suræ titulus. 29. de peregrinationis ritu, et utilitate. 33. parabola de associantibus. 36. unicuique genti stata sacra Deus constituit. 38. Moslemis cameli dantur religionis causâ. 41. fidelibus conceditur, quando injuste vexati sint, ut pugnent contra infideles. 42. Deus adjuvabit eum qui ipsum adjuverit. 43. omnia ad Deum in novissimo die revertentur. 44. 45. si infideles Mahumetum mendacii insimulaverint, jam porro Moysen et omnes prophetas mendacii insimulaverunt eæ gentes omnes, ad quas prophetas Deus misit. 53. Deus abolebit id quod Satanas in viâ prophetarum conjecerit. 56. infideles Alcoranum rejicere non cessabunt, donec repente ad eos veniet hora iudicii. 59. qui emigraverint a Meccâ pro viâ Dei et mortui fuerint, Deus illis providebit provisionem pulcherrimam in Paradiso. 65. Deo servit quod est in cœlo et in terrâ. 67. Deus est qui vitam dat, et mori facit et resuscitat.

71. Deus scit quod est in cœlo et in terrâ. scriptum est in libro.
 73. de infidelium fastu erga Mahumetum Alcoranum recitantem.
 74. parabola de infidelibus. 76. Deus eligit legatos ex angelis et
 ex hominibus. 79. Deus non posuit in religione quidquam ardui.
 dedit hominibus religionem patris Abrahæ. olim fuerunt Moslemi.
 Mahumetus præcipit suis insistere orationi, dare eleemosynam,
 et firmiter adherere Deo.

SURA 23.

1. Jam felices sunt fideles. 2. 11. illorum descriptio qui paradisum incolunt. 12. 17. hominis historia, creatio, et resurrectio.
 21. de Montis Sinai olivâ. de Noacho, quem Deus misit ad gentem suam. 33. 34. de Hud, quem Deus misit ad Aadaeos. 46. de legatis quos Deus ordine misit ad gentes. 47. de Moyse et Aarone. 59. piorum descriptio. 64. non gravabitur anima super vires. 70. Alcoranus ipsa eadem est revelatio quæ ad patres facta fuerat.
 74. Mahumetum Deus reprehendit quod remunerationem petierit. 79. cædes prælii Bedrensis fuit quasi Deus aperuerit pœnæ portam. 80. Dei descriptio. 84. 85. resurrectio fabula est infidelibus. 87. quis sit Deus. 88. quis sit dominus cœlorum septem, et dominus throni magni. 93. non suscepit Deus prolem, et non est cum eo ullus deus: alioquin sanè abstulisset quilibet deus id, quod creasset pro se, et quidem extulisset se alius super alium. 101. infideles in die mortis dicent, "Fac me redire in vitam ut operer rectum in eâ." 103. in die resurrectionis cum insufflatum fuerit in tubam nulla erit cognationis commemoratio. 104. 105. quibus sunt bilances graves, ipsi erunt felices; quibus leves, ipsi perdent animas suas. 108. 109. impii

dicent in Gehennâ, “ Prævaluit infelicitas nostra ; educ nos ex igne.” 110. 113. Deus impios cum ludibrio accipiet die judicii. 117. Deus non creavit homines frustra, sed ut ad eum redeant. 118. exaltetur Deus : non est deus nisi ipse : idem dominus est throni venerandi. 119. infideles rationem reddent de peccato idolatriæ suæ. 120. Dominus est optimus miserantium.

SURA 24.

I. In hâc Surâ sunt signa manifesta ut homines commonefiant. 4. qui accusat scortationis mulieres pudicas quatuor testes de visu adducat. 11. unicuique rependetur quod iniquum patraverit. 19. qui amant evulgare flagitium de fidelibus, illis erit pœna discrucians. 22. Satanas turpia præcipiet iis qui sectati fuerint ejus passus. 23. divites compatiantur et benigne agant cum pauperibus et emigrantibus pro viâ Dei. 24. qui criminantur mulieres pudicas maledicentur in hoc mundo et in futuro. 28. ne quis ingrediatur domos earum nisi venia detur. 31. de appetitûs moderatione. 32. de mulierum castitate, et ut non ostendant ornatum suum. 33. de matrimonio servorum et ancillarum. 36. Deus est lux cœli et terræ. 40. infidelium opera erunt sicut vapor in Deserto. 42. omnia Deum laudant. 46. Deus creat quod vult. 47. Deus dirigit ad viam rectam quem vult. 55. obedire Deo et legato ejus. 57. persolvere orationem, præbere eleemosynam, et obedire Dei legato. 62. apud quas domos comedere licet. 65. quod est in cœlis et in terrâ Dei est ; omnes ad Deum reducentur, qui enarrabit illis id quod operati fuerint.

ΤΕΛΟΣ ΚΟΡΩΝΙΣ ΕΡΓΟΥ.





BINDING SECT. MAY 3 1971

BP
133
V36

Vansittart, William
Derivationes Alcoranicae

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 09 21 05 08 001 6